

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Qvarta vrb. discor. Ti. XXVI

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER
QUARTA VRB. DISCOR. TI. XXVI.

Quartam/honorū cupido: ut plabeī quoq; magi-
stratus crearent. Fabius Ambustus duarū pī: alterā
Sulpitio patritii sanguinis dederat: alterā plabeio
Stoloni: Quæ quodā tpe q; lictoria uirga sonū ig-
notum penatibus suis/expauerat /a sorore satis insolenter irrita
Inluriam nō tulit. Itaq; nactus tribunatū: honorū & magistra-
tuū consortiū/quis inuito senatui extorsit. Verū in his ipsis se-
ditōibus pīcipem populū nec ī merito suspexeris: siqdem nūc
libertatem: nūc pudicitiam tū natalium dignitatē: honorū deco-
ra & insignia uīdicauit. Inter oīa hec/ nullius acrior custos quā
libertatis fuit. Nullaq; in pīcium eius potuit largitione corrupti:
cum ut ī magno & in dies maiore populo iterim pīciosi ciues
existerent. Sp. Calsium agraria lege: Melium largitione suspe-
ctum Regiæ dominatiōis pīsentī morte multauit. Ac de Spu-
rio quidē supplicium pater ipius sumpsit. Hunc Quintū dictato-
ris imperio ī medio foro magister equitū Seruilius Hala cōfo-
dit. Manliū uero capitolii uindicē: q; plerosq; debitorū libera-
uerat: altius se & inciuilius efferentē: ab illa quā defenderat: arce
deiecit. Talis domi ac foris: talis pace belloq;. P. R. (statum illū
adolescētie. i. secundā impli aetatem habuit: in qua totam in-

A. I. fretum ter alpes fretūq; Italiam armis subegit.)
illub.

LVCII FLORI EPITOMA
tis liber secundus Titulus. I.

Domita subactaq; Italia. P. R. ppe quingētesimum
annū agens: cū bona fide adoleuiset/ si qd ē robur
si qua iuuentus: tum ille uere robustus & iuuenis &
par orbī terrarū esse coepit. Itaq; mirū & incredibile
dictū: q; ppe quingētis annis domi luētatus ē: adeo difficile fu-
erat dare Italiæ caput His ducētis annis q; sequunt: Africā: Euro-
pam: Asiā: totū deniq; orbē terrarū bellis uictoriisq; pagrauit.